Darenbt de dauerone. Stephan[us] fili[us] Gauteri. Garin de marcel. Odo fili[us] raginaldi.
hernald[us] maior de dauerone. In uinee etiã matris duo agripennos t[er]re supradictis contiguos. Testes. Gosleni[us]
de udeuilla. Galo de s[an]c[t]a gemma;

Xpiane credulitatis muniminе insigniti. tam modernis quam nascituris p[er] cartulam istam manifes-
Ch. 10 tari uolum[us]. q[uo]d philipp[us] simonis de monte ioio. de terra sua quã ap[ud] gastinã habebat. xii
arpennos ad dirũpendũ & colendũ monachis de dauerone donauit; ita tamẽ. ut suũ campipartigiũ
idem philipp[us] p[er] annos singulos habeat. p[re]sus semoto ac separato. q[uo]cumq[ue] alio seruicio; Cui[us]
philippi campipartitor bis summonit[us]. si qualibet causa uenire recusauerit. unã uillaris de bestouill[a]
ul' de crespiis. siue de engeruilla ad eundem philippũ in aliquo p[er]tineat requiratur. & corã illo campi
partiet[ur]. Domina u[er]o hubelina uxor dñi niuardi de pisseio quinq[ue] solidos p[ro] ista largitione reperdit
Prior etiã dauronensis nomine drogo. q[u]oddã sotulares de corduano illi largit[us] est. hui[us] rei testes
sunt: hugo brito. Gaufred[us] de cauda. hascho de porta. Galo de s[an]c[t]a gemma. Willm[us] fili[us] p[re]fecti
Guerric[us] soul. Gaufred armiger dñi niuardi; P[re]ter pauchonẽ. istã dnis symon de monte ioio fr[ater]
p[re]dicti philippi p[ost]ea concessit atq[ue] confirmauit apud pisseiũ. in domo dñi niuardi de pisseio., hui[us] concessio-
nis causa. p[re]nominata hubelina. xx. solidos ẽ illi largita; Decretũ ẽ etiã in p[re]sentia pauchone atq[ue] sa-
ncti. ut campipartitor philippi. quãdo ad campipartiendũ in agrũ p[er]geret monachorũ. nichil
omnino mercedis ab eis ex debito accipiet. nec unã garbã nec duas. n[is]i forte monachi aliq[ui]d ei sponte
sua dare uoluerint. Concesserũt etiã iã p[re]dicti fr[atr]es symon uidelicet atq[ue] philipp[us]. sex agripennos
ap[ud] p[re]fatã guastinã. scilicet q[uo]s drogo de donincurte & maria uxor illi[us]. soror eid[em] simonis atq[ue] philippi.
monachis de dauerone p[ro] animarũ suarũ rege atq[ue] q[ui]ete largiti fuerant. P[ro]misit q[uo]q[ue] id[em] symon
se acturũ atq[ue] facturũ. q[uo]tinus nepos suus galerannus elemosinã patris sui drogonis & matris sue
marie concederet. & stabilẽ faceret; huic rei interfuerunt. Hinard[us] de pisseio. Rogeri[us] de pisseio. Rogeri[us]
fili[us] simonis de crespiis. Gaufrid[us] haspell[us]. Guerric[us] soul. hugo de bestouilla. Gaufred[us] de s[an]c[t]a
gemma. Gosleni[us] de meri. Rotb[er]t[us] de angulo. Ch. 11.

Neminẽ christiani nominis titulo insignitũ ignorare. neq[ue] latere. s[ed] nosse uolum[us] atq[ue] scire. q[uod] Go-
leni[us] de udouilla. quendã boscũ q[ui] boscũ s[an]c[t]i martini uocat[ur]. ecclie s[an]c[t]e marie magdalene de dauerone
concedentib[us] uxore sua alpes. atq[ue] filiis suis guilelmo atq[ue] hilberto. in elemosinã donauit. ita tamẽ ut
q[ua]ndiu ipse gosleni[us]. uel uxor sua alpes d[e]o annuente pariter uixerint. boscũ suũ more solito habebunt;
dat[ur] u[er]o postquã ipse. siue ipsa. de hac uita migrauerit. sepe dictũ boscũ supradicta ecclia absolu-
te possidebit; Testes hui[us] doni. isti sunt; Seibt[us] de dauerone. herbt[us] de aromonte. Ganer[us]
famul[us] monachorũ;

Ch. 12. Matrona q[uo]dã Judisa noĩe. henrici de mesta uxor decũbens egritudine q[ua] uitã finiuit t[em]poralẽ
optauit & postulauit. sepulturã corp[or]is habe[re]. in cimiterio monast[er]ii dauron beate marie magdalene;
q[uo]d q[uo]ia obtinuit. q[uo]tin[us] eidẽ loco beneficiũ aliq[ui]d ob memoriã & redẽptionẽ anime ipsi[us] remaneret. hen-
ric[us] uir ei[us]. & Galerani[us] fili[us] de q[ua]tuor arpentis t[er]re q[ue] sibi uisi sunt comodi[us] huic beneficio c[on]gruere
duo eidẽ monast[er]io donauit. Non multo post. Galeranni[us] infirmitate corrept[us]. estimauit se

de duodecim agripennis philippi de monte ioio

[illegible]

Fragmentarium

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 79v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37079)